

excludunt Amores ; hic non item. Mirum ! quo
plures hinc recipiuntur, eò honestius, eò præclarius agi-
tur cum hac Domina nostra. Si placuerit , æqua
pars amoris mihi sit vobiscum, vel, si hoc magis ad pa-
latum, certemus amore Amantes. Pace vestra, li-
ceat mihi meam salutare , atque deosculari Animu-
lam : salve, o mea Lux, Vita mea Salve, Salve Pala-
tium & Regnum meum, Paradisus meus : Salve Bi-
bliotheca ; mea Bibliotheca, hisce, in quibus te fero,
oculis mihi charior ; salve Magistratus optimi Cura
maxima, Cura unica, & mea Cura, fidei meæ manda-
ta. Tu mihi in manus data es : Te accepi ; acce-
ptam servabo, servatam in Germanæ Sororis , dum
superavero, diligam loco. Valeant, valeant, & fru-
stra sint, qui Te segregare abs me laborent. Acci-
pe, quæ Tibi tuus offert ; ne sordeant quæso ; sed, ut
omnia fiant decenter : *Ite præ, Musarum Patroni*
benignissimi, sequar ego

Munificentia Vestra

Lubec. Mens. Majo.
ANN. 1678.

Cultor perpetuus

DAVID van der BRÜGGE
Bibliothecar.



Berewig.